

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Amicicia ci
cum fontibus proximo et primo

Falsi amici pro consilio adulacionem
afferunt et una est eorum contentio
quis blandissime fallat.

Seneca in extrema parte epistolarum.

Sed
falsi amici pro consilio adulacionem
afferunt et una eorum <est> contentio,
quis blandissime fallat.

Pseudo-Guillemus de Conchis,
Moralium dogma philosophorum, I.A.1
(J. Holmberg ed., p.9, ll.13-14).

Dum nemo ex animi sui sententia
suadet dissuadetque, sed adulandi
certamen est et unum amicorum
omnium officium, una contentio,
quis blandissime fallat,
ignorauere uires suas, et, [dum] dum se
tam magnos, quam audiunt, credunt,
adtraxere superuacula et in discrimen
rerum omnium peruentura bella, utilem
et necessariam, rupere concordiam,
secuti iram, quam nemo reuocabat,
multorum sanguinem hauserunt fusuri
nouissime suum; dum uindicant
inexplorata pro certis flectique non
minus existimant turpe quam uinci
et perpetua credunt, quae in summum
perducta maxime nutant, ingentia
super se ac suos regna fregerunt;
nec intellexerunt in illa scaena uanis
et cito diffluentibus bonis refulgente
ex eo tempore ipsos nihil non aduersi
expectare debuisse, ex quo nihil ueri
audire potuerunt.

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*,
6.30.5-6 (F. Préchac ed., vol.2, pp.61-
2).